

vbi generaliter agemus de religiosi expulsi obligatione. Tandem quando professio fuit nulla, bene docent Nau. & Manuel posse à monasterio cum propria auctoritate expelli, utpote qui verè professus non est. Ex quo consequitur posse quoque cum cessante scandalo propria auctoritate egredi. Immo & tenebitur monasterium ipsum expellere, & ipse egredi.

42 Sextus defectus ex parte profitentis est, quando est seruus, & absque domini licentia profiteretur. Qua in re constat nequire seruum absque domini licentia ingredi religionem, aut in ea profiteri: quod sui iuris non sit, ac proinde furtum committat, utpote qui domini potestatem iniuste subterfugit. At cum domini licentia potest utique; quia nullo iure interdicitur; immo tanquam certum supponitur *c. si quis incognitus. 17. q. 2.* quod est Bonifacii Pontificis. Vbi deciditur, seruum absque domini licentia ingressum posse à domino intra triennium repeti, & domino repetenti eum tradendum cum omnibus rebus, quas ad monasterium attulit, fide tamen accepta de impunitate: & si intra triennium dominus non repetierit, nequire ultra repetere, nisi tam longe seruus disset, vt intra id triennium dominus repetere non possit.

43 Dum autè deciditur, posse seruum ante triennium repeti, intelligitur, si professionem nondum emisit. Constat ex auct. de monachis collat. 1. ibi. *Intra triennium veniat aliquem in seruitum trahens volentium, & perdurantium in seruitu monachi.* Vbi Glossa verbo *perdurantium*, explicat, in probatione. & ex l. regia 6. tit. 7. p. 1. ibi. *no le deben de dar el habito fasta tres años: porque le pueda su señor reuocar, sabiendo.* Vbi nomine habitus intelligitur professio; vt constat ex iis que statim ibi subiunguntur. Et docet expressè D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 4. & idem tradunt omnes Doctores allegandi: nam quando ante id triennium seruus professus est, tradunt specialiter quid sit faciendum, vt n. 47. videbimus.

44 Ex quo deducitur, seruum absque domini licentia ingressum religionem, etsi nondum professus sit, non posse à domino ultra triennium repeti. Constat ex authentico allegato n. precedenti, vbi exigit dominum petere intra triennium probationis, vt ipsi reddatur. Et ita intelligitur textus *c. si quis incognitus. 17. q. 2.* vbi triennii spatium conceditur domino ad seruum repetendum. Quod si dubites, quo pacto denegari possit seruus domino ultra triennium repetenti, cum seruus se ipsum, omniaque sua domino debeat: nec seruus fugitiuus longissimo tempore vlucapi possit. l. 1. c. de seruis fugi. Respondet Glossa *eo. c. si quis incognitus, verb. intra triennium cum possit*, censetur tacite consentire, & id reuocandi ius præscribat. Item, quia aliàs nil speciale esset. Nam quando ante triennium professus est, non potest semper à domino reuocari, sed in quibusdam casibus (vt dicemus n. 47.) & ita D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 4. postquam dixit posse seruum ante triennium repeti, si nondum professus est, dicit absolutè post triennium cum repeti non posse. Exigitur autem ad hanc præscriptionem bona fide religionis ignorantis eum esse seruum; vt tradant Angelus verbo *religiosus n. 3.* Tabiena verbo *religio. q. 10. n. 1.* Azor lib. 12. institutionum moraliu. c. 1. q. 3.

45 Quod si dubites, an monasterium teneatur tunc compensare domino estimationem serui. Glossa *eo. c. si quis incognitus, verbo intra triennium*, & Azor *eo. q. 3.* affirmant. At in contrarium est textus clarè *eo. c. si quis incognitus in fine*, ibi. *Si autem intra triennium non fuerit requisitus, postea queri non potest, sed tantum ea que in monasterium seruis adduxit, dominus accipiat.* Præterea, quia Doctores n. 47. allegandi tantum obligant monasterium in mala fide existens ad hanc compensationem.

46 Hoc autem triennium quidam dicunt numeradum à die probationis incepta. Sic Hugo à Syluestro rela-

tus: & idem tradit Azor lib. 12. instit. moralium. c. 1. q. 3. At multo verius est, numerandum ab eo tempore, quo dominus conciusus fuit admissionis serui in religionem. Quod ea præscriptio fit ob negligentiam domini non reuocantis toto eo temporis spatio. At ignorant negligens imputari nequit. Et ita videtur tenere Glossa finalis *c. si quis incognitus. 17. q. 2.* nam refert vtrancque sententiam, & neutram definit, sed remittit se ad *c. si seruum sciens. d. 5. 4.* vbi verò *omnis in fine*, ait, sub disunctione numerandum esse à tempore scientiz. Et idem tenent lex regia 6. tit. 7. p. 1. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 4. Rosella verbo *religio. 2. n. 1.* Sylu. verbo *religio. 2. q. 3.*

47 Quod si intra triennium illud seruus hic profiteatur, sic distinguendum est. Si seruus ille mentitur sit se liberum dicens, aut probans, potest à domino intra triennium illud petenti reuocari ad seruitutem: ne ex fraude sua lucrum reportet, vt docent Hoff. *summa. tit. de voto. n. 10. versic. quid si professus.* Archidia. *c. si quis incognitus. 17. q. 2. n. 1.* & ibi Bellamera n. 1. Turrec. *ibi. n. 4.* lex regia 6. tit. 7. p. 1. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. §. 4. Rosella verbo *religio. 2. n. 2.* Sylu. verbo *religio. 2. q. 3.* Et bene addit Rosella idem dicendum esse, si mala fide confectus seruitutis est religionem ingressus, secus si bona fide existimans sit liberum. Insuper si monasterium admittens fuit in culpa, eo quod sciens esse seruum, professionem ei concesserit, vel rationem dubitanti habens non præmisserit debitam diligentiam ad inuestigandam veritatem, debet seruus in monasterio manere, & hoc tenetur domino satisfacere, soluta serui estimatione. Ita docent Hoff. D. Anton. Sylu. lex regia 6. proximè allegati, Tabiena verbo *religio. q. 10. n. 1.*

48 Procedunt autem huculque de seruis dicta, tam in seruis qui verè mancipia dicuntur, quam in iis quos ius colonos, originarios, & scriptitios appellat. Qui quoniam fundo, vel agro sunt ascripti, inde inuito domino auelli nequeunt. Constat ex *d. c. si quis incognitus*, & docent Turrec. *ibi. n. 4.* D. Antonius, Sylu. Tabiena n. precedenti allegati, Rosella verbo *religio. 2. n. 1.*

49 Tandem dubitatur, an ea serui professio valeat? Et quidem quando profiteretur elapso triennio numerato à scientia domini non reclamantis, cum possit, certum videtur professionem esse validam. Quia tunc profite-ri potest, nec à domino reuocari valet, nec impediri quin profiteatur (vt n. 44. probauimus.) Sed difficultas est, quando intra id triennium profiteatur, casu quo à domino reuocari potest, iuxta dicta. Quidam censent eam professionem esse validam. Nec est simile de coniuge absque alterius coniugis licentia professo, cuius professionem esse irritam probauimus lib. 7. de matrim. disp. 34. n. 1. Quia coniux nequit promittere integram castitatem: quod de professionis substantia est. At seruus potest, & quamuis à domini obsequio distrahatur nequeat; at id non est necessarium ad professionis substantiam, cum in domo propria possit professus manere. Ita docent Archid. *c. si quis incognitus. 17. q. 2. n. 1.* & ibi Bellamera n. 1. & 2. Turrec. n. 3. Angelus verbo *religiosus n. 1.* Sylu. verbo *religio. 2. q. 3.* Tabiena verbo *religio. q. 10. n. 1.* Quare asserunt Angelus, Sylu. & Tabiena ibi, hunc reuocatum à domino non posse inire matrimonium: & quamuis non explicent id fore irritum; at ita dicendum est, cum dicant valere professionem. Idem videntur sentire D. Antonius 3. p. tit. 16. c. 3. §. 4. Rosella verbo *religio. 2. n. 3.* Gregor. Lopez. l. 6. sine. tit. 7. p. 1. dicunt enim hunc à domino reuocatum, teneri potest effectum sui iuris redire ad monasterium: eo quod quantum in se est, sit monachus. Quod idem docet Turrec. *eo. c. si quis incognitus. n. 6.* At multo verius est, eam professionem fore irritam, insar professionis coniugis absque alterius coniugis licentia. Quia etiam seruus possit domino inuito integram castitatem vouere: at nequit se omnino religioni tradere subiectus Prælati obedientiz,

obedientiz, & si se tradat, traditio est nulla. At traditio illa ad professionis substantiam desideratur. Et ita docent Paludanus 4. d. 38. q. 4. ar. 2. n. 30. Azor lib. 12. instit. moralium. c. 1. q. 3. Ait tamen Palud. *ibi. n. 19.* & ipsum sequutus D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. teneri hunc manumissum redire ad religionem. Quod idem aiunt alij Doctores prioris sententiz (vt proximè retuli.) At existimo non teneri redire, vt in simili casu probauimus de coniuge sine alterius licentia profertenti, lib. 7. de matrim. disp. 34. n. 1. 2. Et sicut *ibi. n. 16.* probauimus, posse hunc coniugatum tanquam religioni non obligatum, exire propria auctoritate, etsi non reuocetur, cessante tamen scandalo: similiter ob eandem rationem est idem dicendum de hoc seruo. An verò teneatur ad castitatem, dicemus n. 104. & 105.

50 Septimus defectus ex parte profitentis est, quando est coniugatus. De qua re quando valet eius professio ante matrimonium consummatum, & quando censetur non consummatum, latissime egimus lib. 2. de matrim. à disp. 18. vsque ad 24. & quando post consummatum, lib. 7. à disp. 31. vsque ad 37. & quando ratione diuorij ob adulterium, lib. 10. disp. 10. & 11. & quando ratione sentiz, & faroris alterius coniugis, eo. lib. 10. disp. 18. n. 48. & 49. & quando ratione heresitis, eo. lib. 10. tota disp. 15.

51 Octauus defectus est, cum professurum aliquid esse aliqua dignitate Episcopali, aut cura animarum. De quo defectu an impediat religionis ingressum, ac professionem irritam reddat, diximus lib. 4. c. 25. n. 36. tractantes de votorum irritatione.

52 Nonus defectus est, quando profitentis est impotens præ morbo, aut senectute, ad seruanda regula præcepta. Huius enim professio videtur irrita. Quia nam ad impossibile obligari valet: nec graui culpa vacet, se ad ea voto altringere, ad que seruanda se impotentem vouens aduertit. Deinde quia hic nec seruans, nec seruare potens præcepta regulæ, nequit religionis asperitates experiri. Quod ad professionis valorem desideratur. Cæterum bene Manuel 2. tomo summa. c. 6. n. 13. docet hunc validè, & licitè proficere. Quia obligatio ad religionis substantiam, nempe, paupertatem, castitatem, & obedientiam, nullis corporis viribus eget, sed solo voluntatis effectu. Reliqua autem regulæ præcepta non sunt religionis substantia, sed obligant iusta causa non excusant. Atque ita illa promittens obligatur ad illa seruanda, eo modo quo regula obligat: nempe, dum iusta causa non excusat. Præterea, quia non desideratur ad nouitium experientia omnium in specie, siue in indiuiduo asperitatum religionis: sed satis est eas in genere experiri, viuendo sub obedientia, integro nouitium anno. Qui enim toto eo tempore morbo laborat, cuius causa multas in indiuiduo experiri nequit, legitimè nouitium explebit, vt bene docent Nauar. lib. 3. consil. tit. de regularibus, in 1. aditione. consil. 4. n. 5. in 2. consil. 52. n. 5. & idem Manuel 2. tomo summa. c. 8. n. 3. conclusionè 2. & quest. regular. tomo 3. in q. 15. ar. 10. Et ex his constat solutio contrariorum.

53 Decimus defectus est, si professurus sit demens. Nec intelligo de dementia non omnino mente priuanti, sed in vna, vel altera materia: hanc enim nec voti, nec aliorum contractuum valorem impedire, diximus eo. lib. 4. c. 1. n. 5. sed de ea quo omnino mente priuati. Atque horum dementium, & nouitium, & professionem esse irrita constat: quod vtrumque liberam voluntatem desiderat. Sed contrauertitur inter Doctores, an satisfacta ea professio, si ille sic professus, postea ad sanam mentem rediens, consensitque professioni à se emissa, non contradicat, aut habitum professionis non deponat. Quidam affirmant censeri statim ratam haberi professionem. Ita Hostiensis *c. si quis tenor, in fine, de regular.* & ibi Ioan. Andr. n. 1. Cardin. n. 2. An-

char. sine. At meritò hanc sententiam impugnant Abb. *ibi. n. 4.* Rosella verbo *novitium. n. 12.* & ibi Angelus n. 9. Sylu. verbo *religio. 5. q. 2.* Azor lib. 12. instit. moralium. c. 2. q. 5. Probant id Abbas, Rosella, & Azor, quia *c. 1. de regular. in 6.* expressè habetur, impuberem assumentem habitum communem nouitii, & professis, nulla patenti differentia distinctum, non censeri professum, donec anno integro eum habitum deserat. Ergo idem à fortiori censendum est de furioso. Quare hi tres auctores videntur petere annum illius habitus delationem, vt censetur professio ratificata. At loquendo ante nouum Tridentini decretum, ea annua habitus peculiaris professorum delatio non semper exigitur, sed in his religionibus, in quibus professio non poterat fieri ante nouitium annum, vt in Mendicantibus. Insuper quando ante furorem præmissus erat integro nouitium annus, sufficit cessanti furori ratificare professionem. Censetur autem rata haberi, quando sciens, & prudens assuit ille professorum habitum. Quia (vt diximus c. precedenti. n. 24.) ad professionem tacitam inducenda præmissio nouitium annum, non est opus perseverantia tridui in delatione habitus. Vtrique affirmat Sylu. proximè allegatus. Quod autem ibi tractat, an requiratur nouus monasterij consensus, tractabimus n. 81. Et tandem optimè aduertit Angelus proximè allegatus, iudicandè esse omnino, ac si hæc professio fieret ante pubertatem: & ita ad eam tacite ratificandam, seu denno tacite emittendam, exigi eum habitus professorum delationem, aut actum professus peculiarium exercitium, postquam cessauit furor, que desiderari diximus ad tacitam professionem emittendam c. precedenti à n. 20. Et ratio est clara. Quia hæc professio fuit omnino irrita. Ergo perinde censendum est, ac si facta non fuisset: & consequenter eadem desiderabuntur ad nouum eius valorem, postquam ille furor est, que exigitur vt denno emittatur. Sed post decretum Tridentini *sess. 25. de regular. c. 15.* non erit locus huic professioni tacite, nisi quando ante furiam præmissus erat integro nouitium annus, vel post sanam mentem præmittitur; vt in omnibus professionibus tacitis diximus c. precedenti. n. 38. 39.

54 Sed maior difficultas est, an quando quispiam sui compos religionem ingreditur, & anno nouitium in furorem incidit, tempus furoris computetur in nouitium anno, ita vt si ferè toto anno duret, possit eo transacto, sique compos effectus, validè profiteri. Videtur enim pars affirmans esse probari. Quippe dato opposito sequitur non esse in eo anno computandum tempus quo nouitius morbo laborans in phrenesim incidit: sed eo tempore non computato inchoandum esse nouum probationis annum. Quia cum is annus debeat esse continuus (vt probauimus n. 31.) & eo medio tempore furoris nouitium non valuerit, interruptus est annus, & ideo alter annus continuè peragendus incipere debet. Quod est contra praxim omnium religionum computantium id tempus in anno nouitium. Præterea, quia aliis percutiens illum furoris tempore, non erit excommunicatus, cum ille non sit tunc verè nouitius. Ex altera parte vtget, quia qui rationis compos non est, nequit experiri, & explorare monasticam disciplinam, nec propriè est sub obedientiz iugo. Atque ita cum ad id concedatur annus nouitium, id tempus ineptum proferus erit. Secundo, quia tempus quo quis ante pubertatem in religione est, non computatur in anno nouitium, eo quod impubes non pleno rationis vsu gaudeat, quo religionis asperitates experiat. Nec malitia potest ætatem supplere (vt n. 22. probauimus.) Ergo multo fortius in furioso id locum habebit, qui omnino rationis vsu destituitur. Tandem quia hoc videtur tenere Sylu. verbo *religio. c. q. 2.* vbi ait per furiam auferri religionis probationem, sicut per impubertatem. Et expressè loquitur de furia

tempore nouitiatus aduenienti: ait enim non integram esse huic virtute illius probationis profiteri in religionibus, in quibus integer nouitiatus annus existit. Qui hodie in omnibus petitur, iuxta Tridentini decretum. Nisi (inquit Sylu.) quando expleto integro anno furia superuenit: secus si quando aduenit furia, non erat sufficienter probatus. Idem videtur sentire Armilla verbo nouitiu. n. 5. vbi ait furiosum non posse eo tempore experiri religionem, sicut nec tempore quo impubes est: & Tabiena ibi. q. 4. n. 5. vbi ait nouitiatum inchoandum esse cessante furore, sicut & cessante impubertate.

55 Hæc satis ancipitem videntur reddere hanc questionem. In qua primò existimo, furorem citò transiuentem, vt contingit in phrenesi tempore morbi superuenienti, durantiq; octo, aut quindecim dierum spatio, non impedire cursum anni nouitiatus, nec id tempus transacto anno suppleendum, sed in eo computandum, & legitimam fore professionem eo finito. Ductor, quod ita testetur praxis omnium religionum: nec iura annuum nouitiatus poscentia, hoc tempus non computandum decernant; cum tamen euentus hic valde frequens sit, sed quasi pro nihilo id reputant, & tanquam partem temporis morbi, quo non impeditur cursus illius anni: & eo tempore computato videntur integrum nouitiatus annum petere. Secundo, existimo impediri cursum anni nouitiatus, quando dementia esset extraordinaria, vt solet contingere in iis qui nullo alio morbo laborant, & diu duraret, vt integro mense. Tunc enim non esset id tempus in anno nouitiatus computandum, sed transacto furore suppleendum esset. Quod probant adducta n. precedenti pro posteriori parte. Et cum casus hic rarus sit, & extraordinarius non oportuit vt iura illum exceperint, vt non excipiendum videntur censere computari. Dico autem id tempus postea cessanti furore suppleendum, & non dico iterum inchoandum nouitiatum. Quia eo medio furoris tempore non interruptitur nouitiatus, cum furiosus ille maneat in religione, vel extrâ de Prælati licentia, nec à religione expulsus sit; sed tantum dormit, seu suspenditur nouitiatus: sicut tradunt Doctores præscriptionem contra Ecclesiam non interrupti, sed dormire, seu suspendi, dum ea vacat Prælato. Et similiter præscriptionem inceptam contra defunctum, cui pupillaris successit, tradunt dormire, dum ætas pupillaris durat. *l. sicut. C. de præscript. triginta annorum.* Et potest videri in Molina *tom. 1. de iust. disp. 78. colum. 3. versic. præscriptio cessat.* Nec ex ea suspensione inferre licet, percussorem huius furiosi non incurere excommunicationem. Quia si (vt n. 24. probauimus) ingressus ante pubertatem, qui verè, & propriè nouitiatus non est, gaudet eo priuilegio: à fortiori gaudebit hic, qui verè, & propriè nouitus est, vt pote qui legitimo tempore admissus est, nec expulsus fuit; quamuis id tempus non computetur in anno ad legitimam probationem petito. Sicut nec computatur ad hoc, tempus ante pubertatem. Et ex his soluantur rationes contra rite n. precedenti adductæ.

56 Vndecimus defectus est, quando profertis interrogatus raceret morbum contagiosum, aut aliud notabile vitium. Et quidem Gerson in 2. p. in tractatu quarundam questionum. *alphabeta 34. littera S.* agens de tacente impedimento, quo cognito non admitteretur, quamuis dubius in eam partem inclinare videtur, vt professio non teneat ex parte conuentus: quod ex admissio inuoluntaria videatur, & sub tacita conditione, nisi addit impedimentum.

57 Sed hic distinguendum censeto. Si impedimentum non sit substantialis iuxta illius religionis statuta à Sede Apostolica confirmata, que in eo casu irritam redderent professionem, valetet professio. Vt si quis morbo Gallico laborans, eum rogatus occultare, & profite-

retur, nullatenus ad professionem admittendus eo detecto, valetet professio, nec hic teneretur à Sede Apostolica licentiam exundi petere, sed de praterita culpa dolere. Quam Nauar. statim allegandus dicit esse mortalem. Quia sicut non omnis error, nec omnis deceptio, sed solius personæ, reddit irritum matrimonium carnale: ita nec omnis error, nec omnis deceptio, sed circa sola substantialia cassat professionem; vt dicemus n. 82. Et ita docent Nauar. *lib. 3. consil. 21. de regularibus, in 1. editione, consil. 25. n. 2. & in 2. consil. 48. n. 2. & 3. Manuel 2. tomo summa. c. 6. n. 3. & quest. regularibus, tomo 3. in q. 17. ar. 9.* Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo nouitiu. *post 7. notabile. §. quinto principaliter. Vega 2. tomo summa. c. 50. casu 4.*

58 Afferunt tamen quidam ex his Doctoribus, posse religionem hanc iam profellum in penam admittæ culpæ à religione expellere. Ita docent Nauar. Sorbus, Vega n. precedenti allegati, Emmanuel Sâ *summa, verbo religio. n. 34.* Manuel 2. tomo summa. c. 6. n. 3. quod idem nos tradidimus *lib. 7. de matr. disp. 37. n. 53.* Sed iure optimo idem Manuel *quest. regularibus, tomo 3. in q. 17. ar. 9.* recedit ab hac sententia, dicens non esse iustam expellendi profelli causam. Quod cum res grauissima sit, grauissimam causam exigit. At in Societate Iesv esset iusta causa expellendi ligati soli simplicibus biennij votis. Quia cum ea vota sint ex parte Societatis conditionalia quoad perpetuitatem, multo minor causa ad expulsionem sufficit.

Tempore autem nouitiatus, etsi cum eo notabili defectu, aut morbo manifesto, admissus quispiam esset, post expelli. Quia malè fecisse admittendo, non aufert ius religionis, vt respiciens nouitium malè admissum expellat. Et ita docent Gerson n. 56. allegatus, Corduba in *regul. D. Francisci. c. 2. q. 11. puncto 2.* Manuel 2. tomo summa. c. 8. n. 9. *conclus. 8.* Quamuis aliàs nouitius absque iusta causa expulsus hinc habeat agendi contra religionem, ne expellatur; vt allegatis Hostiensis, & Ioanne Andrea docet Gregor. Lopez *l. 3. verbo à ellos. ar. 7. p. 1.* & expellentem absque iusta causa peccare tradunt Caiet. *2. q. vltima. ar. 4. dubio 3.* Passarellus in *priuilegijs Minorum. c. 43. ad finem.* At non credo esse mortale, nisi grauis nouitio nota esset expulsio illa. Sicut culpa nouitij leuiter retrocedens est solum venialis. Non enim magis obligat religio nouitio, quam nouitius ipsi, quoad culpam.

59 Sed si defectus esset tacitus ex substantialibus religionis illius, existimo professionem fore nullam; vt si in Societatem Iesv admitteretur quispiam, aut in ea profiteretur cum aliquo ex quinque impedimentis essentialibus relatis in 1. p. constitutionum. c. 3. a. n. 3. usque ad 7. in quibus (vt dicitur ibi n. 7. in commento. littera G.) nec Præpositus generalis, nec tota Societas dispensare potest, professio non valeret. Quare nil referret, siue ex malitia, siue ex ignorantia rectum sit aliquid ex his impedimentis. Quia existentibus illis impedimentis, nulla est potestas in admittente: ad preterea professio defectu talis potestatis erit irrita. Item quia eo c. 3. n. 2. dicitur hæc impedimenta omnino excludere à Societate. Ergo sunt impedimenta irritam reddentia professionem: cum ex constitutionibus omnino excludentes affectos his impedimentis, sint à Sede Apostolica approbatæ, & profertis claudant aditum, omnemque dispensandi potestatem Societati denegent. Tandem quia quando non est impedimentum essentialis, omnino excludens, & irritam reddens professionem, id explicatur, vt constat ex congregatione s. generalis Societatis Iesv, canone 3. vbi decretum est, nec originem ab Hebræis, vel Sarracenis trahentes admittantur: additum est, admissum per errorem cum hoc voto, post se ante professionem expelli, admonito tamen prius Generali. Immo etsi Generalis absque legitima Pontificis dispensatione, aut eius nuntij potentes dispensare, admittit

admitteret quempiam ad professionem cum aliquo ex prædictis quinque impedimentis essentialibus, aut ad vota biennij, admissio esset nulla: quod careat omnino potestare admittendi.

61 Vltimus defectus est, parte profertentis est, si ante ingressum sit obligatus ad subueniendum graui parentum, aut filiorum necessitati, aut obligatus ad rationes reddendas, aut ad res alienum, aut alij crimini obnoxius, ob quod Sixtus V. irritas reddidit professiones in suo motu proprio de hac re: aut quia non sunt præmissæ informationes ibi petite. Sed ratione eius parentum, aut filiorum necessitati, non reddi irritam professionem, probauimus *lib. 4. c. 20. n. 10. & 39.* Nec ratione eris alieni contracti, aut obligationis ad rationes reddendas, aut aliorum criminum, aut omittæ informationis, est hodie irrita professio: quod is motus proprius fit reuocatus, vt diximus *lib. 4. c. 19. n. 2. 19. & 21.*

SUMMARIUM.

- Ad valorem professionis exigitur admissio illius per habentem potestatem. n. 62.
- Idem petitur in simplicibus biennij votis Societatis Iesv. num. 63.
- An hæc potestas admittendi sit in solo Prælati absque conuentu? Referitur quedam sententia. n. 64.
- Explicatur sententia auctoribus: & quid in monasterio monialium: & an possit Episcopus contradicente conuentu sibi subiectione: & num consilium sit necessarium sequendum, quando id petendum est ab alio tanquam collega, & officij participet. n. 65.
- An sit irrita ipso iure professio admissa à Prælati, absque consilio, vel consensu conuentus. n. 66.
- An conuentus viciat: possit admittere ad professionem? n. 67.
- An possit Generalis, vel Provincialis interdicerè superiori inme hanc admissionem ad professionem, cum decreto irritanti? Referitur quedam sententia. n. 70.
- Explicatur sententia auctoribus: & an possit quandoque ipse admittente contradicente superiori immediato, & conuentu num. 71.
- Quid in Societate Iesv? n. 72.
- An possit capitulum generale decretum irritam professionem reddens edere. n. 73.
- An possit Episcopus admittere ad professionem? n. 74.
- An id possit habens monasterij administrationem? n. 75.
- An id possit Abbatissa? n. 76.
- An id possit laicus ex commissione potestatis admittente? n. 77.
- An excommunicatus peccet admittendo, & valeat admissio? n. 78.
- Quid de suspensio ab admissione? n. 79.
- An ut valeat admissio non potestis admittente, sit sit ratiobilia subsequens potestatis, & an ex tunc valeat? n. 80.
- Professio admissa à potestate admittente, & ex aliqua causa irrita, an ad sui valorem indigeat nono consensu potestatis admittente: vel sit sit nouus profertentis consensus, & qualis esse debeat, ut sit legitima ratiobilia? n. 81.
- Post n. 81. inueniuntur aliæ summariæ.

62 QVÆSTIO secunda. Quando reddatur professio irrita ex defectu potestatis in admittente? Id tanquam certum est præsumendum, ad professionis valorem non sufficere solum profertentis traditionem, sed oportere quoque adesse personam habentem potestatem acceptandi nomine ipsius religionis, illamque obligandi ipsi profertenti. Et ratio est, quia professio est contractus onerosus, vitò citroque obligatorius, quo profellus fidem suam astringit Deo, obligaturque religioni, & religio ipsa obligatur religioso, ad retinendum eum, & alendum, & tractandum iuxta religionis institutum. Sicut ergo alie recipere obligationes nequeunt in vitus consensu consistere, sed indigent duplici persona potestatem obligandi habente. *l. in omnibus. ff. de aliorum ob. obligat. l. sicut. eodem tit. ita & professio.* Idem constat ex *capitulum de regular. ibi. & recipitur ab Abbate, & ex ead. Apostolicam. eodem tit. ibi. Abbatem per se, vel per alium professionem recipienti.* Nec obstat *consulitur. qui dicitur, et non. oppositum significans, dum ait professionem emitti posse super altare: intelligitur enim acceptanti eo qui habet potestatem admittendi ad religionem; vt bene docet ibi Alexander de Neuo n. 4. Et ideo ita docent Glossa *co. a. porrellum, verbo monachum, & ibi Innocentius. Ioan. Andr. n. 4. Host. n. 13. Abbas n. 20. Anchar. n. 3. 4. 5. Henricus sine. Lopus allegatione 4. n. 7. vbi Mandolius in additionibus litteræ F. multa similia congerit. Gregor. Lopez l. 3. tit. 7. p. 1. Sylu. verbo religio. 3. q. 18. dicto 2. Nauar. commentario 4. de regular. n. 74. & omnes. Atque idem in professione tacita exigi probauimus c. precedenti. n. 14.**

Idemque necessariò exigitur in simplicibus biennij votis emissis in Societate Iesv, per quæ vouens efficitur vetus religiosus. Quia per illa non solum Deo, sed etiam religioni vouens obligatur, tradens se illi: & religio quoque obligatur ad ipsum retinendum, & alendum, nisi iusta causa illius expellendi adfuerit. Ergo exigitur potens admittente, & obligare religionem.

Sed difficultas est, an solius Abbatis sit ad religionis professionem admittente, an ipsius, & conuentus: Et quidem fatentur omnes speculandum in primis esse, an aliquid circa hoc consuetudo legitimè præscripta, religionis priuilegia, aut constitutiones habeant, quibus standum est. At si hæc absint, difficultas est, quid iure communi sentiendum sit. Quibusdam placet, id esse Abbatis adhibito conuentus consilio, id autem auditum non teneri Abbatem sequi, sed posse contra ipsum admittere ad professionem. Ducuntur, quod nullo iure caueatur teneri Abbatem expectare consilium conuentus. Nam *exa nositur, de his qui sum à Prælati, cui instituit contraria sententia, id non probat.* Quia solum decidit quando presentatio ad beneficium spectat ad collegium, non possit solum Prælatum presentare: & ita supponit presentationem ad collegium pertinuisse. At nullo iure probatur, admittente ad professionem pertinere ad conuentum. Immo textus *canon. 18. q. 2. loquens de Abbate, sic ait: ad quem potestas tota pertinere conuenit.* Vbi Glossa verbo *totæ*, explicat ita pertinere ad Abbatem, vt non ad monachos pertineat. & ead. *Apostolicam de regular. idem significatur, ibi. Abbatem per se, vel per alium recipienti.* Abbatem autem teneri ad audiendum conuentus consilium, inde probant: quod omnium religionum regula præscribat, vt que præcipua sunt non expediat Abbas absque conuentus consilio. Ad admissio ad professionem ex præcipuis religionis est. Non teneri autem id consilium sequi, inde standum: quia vbi non consensu aliorum, sed consilium desideratur, satis est illud audire, nec auditum est necessariò sequendum; sicut ex multis probauimus *lib. 1. de matr. disp. 34. n. 24.* Et ideo hanc partem sustinent Abbas *e. ad. Apostolicam. n. 11. & 12. & d. e. ad. nositur. n. 4. Felinus c. quoniam. n. 3. de simonia. Boetius decisioe 260. n. 19. Sylu. verbo religio. 3. q. 13. & q. 18. dicto 4. Angelus verbo professio. n. 1. Rosella verbo nouitium. n. 20. & ibi Tabiena q. 8. n. 9. Nauar. commentario 3. de regular. n. 5. Azor lib. 2. institutionum. *mor. alim. 2. q. 3. Manuel 2. tomo summa. c. 8. n. 8. conclus. 7. & n. 13. conclus. 2.* Et fauere Host. *co. ad. Apostolicam. n. 7.* super verbo *interque*, vbi dicit, forsân valere admissionem Abbatis consensu fratris.*

At verius est exigi quoque consensum maioris partis conuentus. Tum quia Nauar. & Manuel statim allegandi dicunt sic habere consuetudinem omnium religionum. Atque diuersæ religiones à me interrogatæ responderunt ita habere illarum usum. Tum etiam

quia esto solum conuentus consilium teneatur Abbas petere, & regulariter obligatur ad consilium petendum, non teneatur illud sequi: at fallit quando id ab alio tanquam a collega, & officij participo pendum est, vt testantur Barcolus communiter receptus l. i. §. si plures. n. 7. ff. de excoꝛcatoriũ actione. Dominicus c. vnico. §. vbi verò. n. 9. & ibi Francus n. 5. de sede vacantis, in 6. Nauar. & Manuel statim allegandi. At Abbas teneatur petere suorum monachorum consilium, tanquam collegarum, & sui officij participum. Ergo teneatur illud sequi. Et ideo hanc partem clarè tenere videntur Glossa c. porreclum, verbo monacho, de regular. & ibi Anchar. n. 6. & Glossa c. finali, verbo perueniat, eodem tit. in 6. & ibi Monachus n. vnico. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum. tit. 3. n. 56. Emmanuel Sà summa, verbo religio. n. 65. vbi dicunt admissionem hanc pertinere ad Abbatem cum conuentu: & licet non explicit, an cum solo consilio, an etiam cum consensu; at clarè videntur sentire exigi consensum. Et clarè id tenent Lapus allegatione 31. n. 3. Dominicus c. finali. n. 3. de regular. in 6. & ibi Francus n. 2. Probos ibi, in addit. ad Monachum. n. 3. dicunt enim Episcopo iubenti recipi monachum ad monasterium sibi subiectum, non esse recipiendam contradicentem maiori conuentus parte: eo quod creatio monialium pertinet ad Abbatissam cum conuentu; & si Episcopus compellere velit, posse appellari ad superiorem. Idem videntur tenere Archid. c. finali. 16. q. 7. n. 2. & ibi Bellamera n. vnico. Turrecrem n. 1. vbi relata opinione Martini, dicentis ad solum Abbatem pertinere hanc receptionem, dicunt eum textum contradicere: & solum limitat Turrecr. nisi conuentus malitiosè resistat. Idem sentire videntur Oldradus consil. 97. nu. 1. vers. sed in contrarium, & Mandosius addit. ad Lapum, allegatione 31. initio, vbi aiunt pertinere hoc ad Abbatem, & conuentum; tanquam ad collegium. Et in propriis terminis tenent exigere consensum conuentus, Anchar. c. finali. notabili 2. de regular. in 6. Armilla verbo nauitius. n. 11. ad finem. Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione tit. de consilium. consil. 9. a. n. 19. Spino speculo testament. glossa 12. principali. n. 2. & 3. Manuel q. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 7.

66 Non tamen approbo quod ait Manuel ea. q. 17. ar. 7. nempe, professionem à solo Abbate receptam, nec petito conuentus consilio, non esse ipso iure irritam, sed ralem declarandam. Sed dicendum est, eam esse omnino irritam: & hoc quamuis sustineatur prior sententia dicens non esse necessariam conuentus consensum, sed solum consilium; nedum reuocata nostra petenti consensum. Quia quoties exigitur peti alicuius consilium, etsi non amplecti, quidquid eo non audito fit, est nullius momenti, vt latissimè allegatis multis probat Felinus c. ex parte. n. 1. de consilium. Et ita eam professionem esse nullam sustinent Abbas c. ad Apostolicam. n. 11. de regular. Hostiensis, Felinus, Boerius, Rosella, Angelus, Syluester, Tabiena, Nauaricus, Manuel, Azor, allegati n. 64.

67 Hinc deducitur primò, monasterium dum vacat, neminem posse ad professionem admittere. Nam etsi textus c. finali. de regular. in 6. videatur oppositum de cedere: decidit enim, quoties pertinet ad Abbatem cum conuentu electio monachorum, posse conuentum monasterio vacanti, secus si ad solum Abbatem pertineat. At is textus intelligi debet iuxta textum c. vnico. ne sede vacans, in 6. vbi in principio deciditur, quando beneficii collatio pertinet ad Episcopum cum capitulo, posse capitulum sede vacanti conferre, secus si ad solum Episcopum pertineat. Et statim §. 1. id explicat idem textus, vt intelligatur quando ita in solidum vtrique conuenit, vt nec Episcopus consensu, vel consilio capitulo indigeat, nec hoc consensu, vel consilio Episcopi: secus quando alter alterius consensu, aut consilio indiget. Iuxta hæc ergo est intelligendus textus d. c. finali. Et ideo cum Abbas nequeat ad professionem admittere

tere saltem sine cõuentus consilio, non poterit conuentus vacante monasterio admittere. Atque ita docent Glossa c. finali, verbo creari, in additione: & ibi Dominicus sine, Francus n. 1. Abbas c. ad Apostolicam, in fine, de regular. Angelus, Sylu. Nauar. Azor n. 64. allegati. An verò possit admittere ex spe rati habitationis futuri Prælati, dicemus n. 80.

Secundò deducitur, nec totum conuentum repugnantem Prælati, nec Prælatum repugnantem maiori conuentus parte, posse aliquem ad professionem admittere. Ita docent Nauar. lib. 4. consiliorum, in 2. editione. tit. de consilium. consil. 9. §. 5. n. 13. Manuel quest. regularibus, tomo 3. in q. 17. ar. 7. Et in quodam simili tenet Abbas c. cum Ecclesia, n. 11. de elect. vbi ait quando electio canonice pertinet ad Episcopum cum capitulo, consentienti Episcopo in vnum, & capitulo in alterum, neutrius electionem valere: quod oportet, Episcopum cum maiori capitulo parte in eundem consentire.

Nec sufficit consensu Prælati, & dimidia partis conuentus, sed debet maior pars conuentus vltra Abbatem consentire. Ita docet Francus c. finali. n. 2. de regular. in 6. Nauar. lib. 3. consilium, de regularibus in 1. editione. consil. 62. n. 3. in 2. consilium 37. n. 3. Et constat ex doctrina Glossæ c. vni. co. §. cum verò verbo assensu, ne sede vacans, in 6. quam sequuntur Abbas dicens esse ipsam veritatem, & ex multis probans c. postulatibus n. 14. de consens. prob. & ibi Anron. n. 11. Imola n. 15. §. 16. vbi docent, expediendum ab Episcopo cum capitulo consensu, indigere consensu Episcopi, & vltra illum consensu maioris partis capitulo. Et idem ait Abbas eo. n. 11. dicendum de quocumque collegio. Quod tamen intelligendum est, nisi conuictus de religiosis, aut regula aliud habere, vt diximus num. 64. initio.

Tertiò deducitur, quid in ea questione dicendum sit, 70 an possit Generalis, aut Provincialis præcipere immediato conuentus superiori, ne quemquam ipso inconsulto ad professionem admittat, adiecto decreto reddenti irritam professionem aliter factam? Et videtur pars negans inde frueri: quia admissio ad professionem non pertinet ad Generalem, vel Provinciale, sed ad immediatum conuentus superiorum cum ipso conuentu (vt probauimus n. 65.) vbi & Doctores adduximus dicentes adeo id esse verum, vt non possit Episcopus moniale admittere ad professionem in monasterium ipsi subiectum, absque conuentus consensu. Ergo nec potest statuere decretum irritans. Omnis enim res per quamcumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de regulis iuris. Et confirmatur, quia ob hanc rationem probauimus lib. 4. c. 16. n. 52. alii allegatis, non satisfacere voto religionis petentem admitti, si non admittatur à Generali, vel Provinciali. Quia sicut horum non est ad religionem admittere, ita nec expellere. Tandem quia decretum reddens irritam professionem solius Pontificis est edere, vt dicemus n. 71.

Sed his non obstantibus, existimo id posse ex causa iusta. Dico, quia etsi solus Generalis, vel Provincialis nequeat ad professionem admittere, at potest cum maiori conuentus parte. Sicut id potest immediatus ipso conuentus Abbas, vt testantur Nauar. lib. 3. consilium. tit. de regularibus in 1. editione. consilium 62. n. 3. in 2. consilium 37. n. 3. Manuel quest. regularibus, tomo 3. in q. 17. ar. 7. Et ratio est, quia tota potestas immediati Prælati est eminenter in Provinciali, tanquam in legitimo ipsius superiori, & tota vtriusque potestas est eminenter in Generali, tanquam in totius religionis capite. Ergo potest in casu speciali, ductus iusta causa, releuare sibi consensum illum vna cum conuentu prestantum eum admissioni ad professionem: & subinde efficere, vt professio aliter facta sit irrita defectu legitimi consensu admittentis. Et confirmatur, quia etsi solus Pontifex possit impedimenta reddentia directè irritam professionem statuere: at possunt Prælati inferiores in casu speciali, & ex iusta causa, non directè

directè irritando, sed indirectè, nempe, suspendendo facultatem admitterendi. Sicut quamuis nequeat Episcopus impedimenta matrimonium dirimentia statuere; potest tamen in casu speciali, & ex iusta causa, suspendere facultatem parochi ad assistendum cuidam matrimonio, absque ipsius Episcopi licentia. Et tunc aliter initum matrimonium erit nullum, defectu auctoritatis in parochi. Secundò, quia ex causa iusta potest superior Prælatum inferiorum in totum amouere. Ergo & partem eius facultatis in casu speciali, ex iustaque causa suspendere. Tertiò, quia etsi Episcopus solus nequeat creare moniales in conuentu sibi subdito, at si penuriam monialium pateretur, & conuentus monitis assignato sibi termino nollet admittere, posset supplere conuentus consensum. Quod probant Dominicus c. finali. n. 5. & ibi Francus in fine de regularibus n. 6. Ergo similiter quando communi religionis bono expediret non admittere aliquam monialem, potest suspendere potestatem competentem admittendi Abbatissæ, & conuentui absque ipsius Episcopi licentia, ita vt aliter facta admissio sit irrita defectu potestatis in admittente. Quippe vtriusque casus eadem est ratio. Quarto, quia etsi Prælati immediate ordinariæ absoluendi monachos iurisdictione gaudeat: & proinde non possint omnes casus adhiberi referatæ Generalis, & Provincialis, at ex iusta causa possent vnum, vel alterum referare, & facta referatæ, absolutio inferioris esset irrita. (Loquor ante motum proprium Clementis VII. quo his interdixit potestatem referandi casus, dempsit quibusdam, quos ibi explicauit.) Ergo simili ratione etiam ordinariæ potestas admittendi ad professionem, conueniat immediato Prælati cum conuentu, poterit non ad libitum, nec in omnibus casibus, sed ex iusta causa in casu speciali referare admissionem ad professionem, non sibi soli, sed simul cum conuentu: & ita professio aliter facta corruet defectu potestatis admittentis. Quintò, quia Nauar. lib. 1. consilium. tit. de consilium in 2. editione. consilium 9. q. 5. n. 14. dicit, si qua sit in religione consuetudo, vt Generalis possit ad professionem admittere, eam intelligendam esse, simul cum conuentu, & superiori immediato. Quia hoc modo parum diffonaret iuri communi. Et lib. 4. c. 16. n. 52. probauimus posse Provinciale in casu speciali quo id Generalis statuat. Tandem quia c. vni. §. vtriusque quia expressè, ad finem de verb. signif. in 6. dicit Nicolaus III. etsi in religione Minorum competat Provincialibus fratres admittere, integrum tamen esse Generali hanc facultatem coarctare. Et ex his constat ad rationes contrarias n. præcedenti allatas. Nam prima cum sua confirmatione tantum probat, non posse Generalem, aut Provinciale generaliter sibi referare facultatem admittendi ad professionem, ne in casu speciali, ita vt soli ipsi absque conuentu admittant: secus in casu speciali, & ita vt ipsi simul cum conuentu consensu præstent. Vltima autem ratio tantum probat, non posse ipsos directè decretum irritans edere, nec generaliter: at possunt indirectè in casu speciali, referando sibi admittendi potestatem. Immo credo professionem fore irritam, & si Generalis, vel Provincialis non adderent decretum irritans, sed eam admissionem sibi referauerat: sicut eo ipso casu sibi referant, absolutio ab illo præstita ab inferiori est irrita. Secus si simpliciter inberent aliquem non admitti ad professionem. Quia etiam matrimonium initum contra simplex Pontificis interdictionem defendendum valere lib. 7. de matrim. dispun. c. 2. n. 10.

72 At in Societate Iesv hoc caret difficultate. Quia in ipsa solius Generalis est admittere ad professionem, & ad simplicia biennij vota, & coadiutorium formatorum: & ex ipsius commissione admittunt Provinciales ad novitium, & sola biennij vota (vt diximus n. 26.) Atque proinde poterit non communicare hanc facultatem, nisi cum limitatione, quam expedire consuerit.

73 Quarto deducitur, quamuis non possit generale reli-

gionis capitulum edere statutum irritam reddens professionem, sed solus Pontificis hoc fit, vt multis citatis probauimus lib. 7. de matrim. dispun. 37. n. 30. & præter Doctores ibi citatos, id tradit Manuel quest. regularibus, tomo 3. in q. 11. ar. 2. & in q. 11. ar. 10. column. 3. & in q. 17. ar. 20. posse tamen hoc modo irritam reddere professionem cum aliquo impedimento emittendam, statuendo, nimirum, vt nullus admittatur ad professionem, nisi protestatione præmissa non esse animum illius admittendi, sita illi impedimento laboret. Tunc enim professio cum eo impedimento minimè valeret, non ratione decreti irritantis, sed defectu intentionis admittendi; vt ex multis probati ea. dispun. 37. num. 30. Et vltra ibi allegatos tradit Manuel dicta q. 11. ar. 2. Insuper potest restringere facultatem admittendi habentes tale impedimentum, & tunc professio esse irrita defectu potestatis in admittente; sicut n. 71. probauimus id posse Generalem in casu speciali.

Quintò deducitur, quid in ea questione censendum 74 sit, an possit Episcopus monachum ad professionem admittere? Quidam affirmant penes Episcopum esse facultatem religioſum aliquem constituendi: quamuis in nullum monasterium ille ingrediatur, nec certa aliquis religionis institutum profiteatur. Sed id continget, promittendo tria substantialia religionis vota in mambis Episcopi, erique religioſum in sua domo sub Episcopi obedientia. Probant ex c. si vir. 27. q. 2. quod nil profusus ad rem facit, vt ipse quod solum desinit, ne coniuges communi consensu volentes ad religionem transire, id efficiant absque Episcopi licentia. Hanc sententiam tenent Innoc. c. parreclum. n. 5. de regular. & ibi Hostiensis n. 14. Ioan. And. n. 4. Anchar. n. 7. At contrarium dicendum est. Quippe nec professio esse potest extra religionem à Sede Apostolica approbatam. c. vnico. de votis. in 6. Nec Episcopus, cum hodie superior religioſorum non sit (omnes enim illi priuilegium exemptionis habent) potest propria auctoritate ad professionem monasticam admittere. Atque ita docent Abbas eo. c. porreclum. n. 12. Rosella verbo nouitium. n. 21. Angelus verbo professio. n. 1. Sylu. verbo religio. 3. q. 14. Armilla verbo nouitium. n. 11. & ibi Tabiena q. 8. n. 9. Nauar. lib. 3. consilium. tit. de regularibus, in 1. editione. consilium 6. a. n. 2. vsque ad 6. in 2. consilium 40. a. n. 2. vsque ad 6. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum. tit. 3. n. 62. Manuel quest. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 11. Azor lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 4. Prior tamen sententia vera est in monasteriis monialium Episcopo subiectis, & dummodo professio emittatur iuxta regulam à Sede Apostolica approbatam. Et ita docent Rosella, Syluester, Armilla, Tabiena, Nauaricus, Antonius Cucus, Manuel ibidem. Quod intelligitur, simul cum consensu maioris partis conuentus. Nam solus superior nequit ad professionem admittere, vt n. 65. probauimus. Et ita aduertunt Tabiena, & Armilla ibidem.

Sextò deducitur, habentem solum monasterij administrationem non posse ad professionem admittere: quod non fit legitimum superiorum. Ita docent Sylu. verbo religio. 3. q. 18. Angelus, & Azor n. præcedenti allegati, contra Lapum, & Dominicum allegatos à Syluestro.

Potest tamen Abbatissa in suo monasterio professionem monialium acceptare. Quod videtur supponi c. consilium. qui clerici. vel. non. Nam hæc acceptatio non est actus ordinis, nec iurisdictionis pertinet ad Ecclesiæ clauis, cuius femina est incapax, led cuiusdam superioritatis, quam reuera Abbatissa in moniales habet. Atque ita docent Host. c. consilium. n. 1. Archid. c. consilium. n. 1. verbo emissæ de regular. in 6. Francus ibi. n. 7. Dominicus ibi. §. in diti. n. 6. & non solum n. 10. eodem tit. & libro. Henricus c. porreclum. n. 4. de regular. Rosella verbo nouitium. n. 6. Azor lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 6. Immo idem dicit Francus ibi in Abbatissa respectu monasterij vtriorum quod per ipsam legitur. Sed verius est contrarium, quod tenet Anchar. c. c. consilium. n. 2. notabili 3. Quod solum

Iam illius monasterij administrationem Abbatisa habeat: hoc autem non sufficere ad professionem alicuius acceptandam probauimus n. precedenti.

77 At postea laicus ex commissione potens acceptare professionem, illam admittit, sicut potest beneficium nomine alieno acceptare, & procurator esse in causa spirituali. c. accidens de proband. c. de procurat. in 6. Et ita docent Innoc. c. porrectum n. 4. versic. ab Abbate de regular. & ibi Host. n. 15. Ioan. And. n. 4. Henricus n. 5. Anchar. n. 6. & c. finali ad finem eodem tit. in 6. Rosella verbo nouitium n. 24. Syluester allegat Assensu verbo religio. 3. q. 18. Manuel quast. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 12.

78 Ex quo deducitur, quid dicendum sit de superiori legitimo excommunicato denunciato, aut notorio clericali percussore, qui professionem admittit, aut alteri admittendam committit. Videtur enim admissio irrita: quia admittit actus iurisdictionis, & sic appellat Azor lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 6. Cum ex officio solus superior possit acceptare: nec admissio illa emanare possit, nisi ab habente iurisdictionem. Et sic vterque actus est iurisdictionis. Atque hanc partem probant argumenta que adduximus lib. 3. de matrim. disp. 21. n. 1. c. 5. ad probandum, matrimonium initum coram parochio sic excommunicato, aut coram alio ex eius commissione, esse irritum: quod ea presentia, & commissio sint actus iurisdictionis. At existimo validam fore professionem, siue acceptet superior sic excommunicatus, siue alius ex eius commissione. Ducor, quod acceptate professionem non sit proprie actus iurisdictionis, sed superioritatis. Et ita actum superioritatis appellant Dominicus c. constitutionem. 8. in alit. n. 6. de regular. in 6. & ibi Francus n. 7. Rosella verbo nouitium. n. 21. Nec etiam ea commissio est actus iurisdictionis: non enim est alicuius iurisdictionis commissio. Si enim esset actus iurisdictionis spiritualis, minime esset capax illius femina, aut laicus. Sed illa acceptatio nihil aliud est, quam admittit nomine religionis obligationem illam qua profertur religioni: se altingit, & obligeat religionem ipsi profecto. Et illa commissio est, dare potestatem ad acceptandam eam profertur obligationem, & ad obligandam illi religionem. Hec autem estis supponant superioritatem, non sunt actus iurisdictionis, nec iurisdictionis vsum exiguunt, sed solam superioritatem: que per excommunicationem non cessat, etsi per eam suspendantur actus iurisdictionis. Et confirmatur, quia si quilibet alium contractum nomine conuenitus celebraret, vel daret alteri potestatem celebrandi, valeret vtrique. Contractus enim ab excommunicato initi sunt validi, iuxta multo verioris sententiam (vt traditur in tractatu de excommunicatione.) Cum tamen nisi superior esset, nec posset valide celebrare, nec committere. Nec hi actus reputantur iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis. Sicut lib. 3. de matrim. eadem dispensatione. 11. probauimus valere matrimonium, cui assistit parochus sic excommunicatus, aut alius Sacerdos ex eius commissione. Vbi et ad contraria argumenta respondimus. Qualiter autem peccet sic recipiens professionem, aut alteri committens, idem dicendum est quod n. 36. diximus de peccato admittentis ad professionem sic excommunicatum. Sola enim venialis culpa esset ratione participationis cum alio, quamuis ipse non esset denunciatus, nisi interficeret aliquibus Ecclesie preiudicium in ipsa professione recitatis; tunc enim esset mortalis. Cum excommunicatus non denunciatus nullo in hoc privilegio gaudeat.

79 Quod si superior suspensus esset ad admisionem ad professionem (qualiter cum iure suspensum esse diximus n. 8. in casu ibi explicato) vel si suspensus ab homine esset: quidem dicunt non valituram professionem ad hoc admittam. Ita docent Lapus allegatione 4. n. 7. Francus canon solus n. 6. de regular. in 6. Et idem consequenter dicunt, si delegat admittendi potestatem. Nec enim dare potest potestatem, qua ipse caret. Atque hoc pos-

Concilij Constantiensis decretum debet necessarium intelligi, quando ille suspensus esset denunciatus. At quamuis existimem esse mortale sic admittit, ut delegare, quamuis ille non sit denunciatus, eo quod contra censuram illam agat: valere tamen professio, etsi denunciatus sit. Quia soli iurisdictionis actus exerciti a suspenso denunciato sunt irriti. At hanc admissio, aut delegatio sunt actus solius superioritatis (vt n. precedenti probauimus.) Item quia parochus cui interdicta esset Sacramentorum, aut peculiaris matrimonij administratio, valide assistit, & alteri committit, sicut probauimus lib. 3. de matrim. disp. 21. n. 11. c. 12. Ergo idem dicendum erit de hoc suspenso ad admisionem ad professionem. Secus tamen esset, si superior ex iusta causa referret admisionem alicuius ad professionem, iuxta ea que n. 71. tradidimus.

Quoties autem professio est irrita defectu solius potestatis in admittente, satis est ad eius valorem, quando nomine habentis potestatem admissio est, vt is ratam eam habeat, non mutata priori profertur voluntate peractum contrarium. Quod rati habito retrotrahatur, & mandatum comparetur. regul. rati habitionem. de regulis iuris. in 6. Atque ita docent Innoc. c. porrectum. n. 5. de regular. & ibi Host. Ioan. And. n. 4. Henricus n. 5. Anchar. n. 5. & c. finali ad finem eodem tit. in 6. vbi Francus n. 1. Rosella verbo nouitium. n. 24. & ibi Angelus n. 13. Sylu. verbo religio. 3. q. 16. c. 9. 18. disto. 2. idem Angelus verbo professio. n. 1. vbi Armilla n. 1. Tabiena q. 1. m. 2. Nauar. lib. 3. consil. de regularibus. in 1. d. ditione. consilio 6. n. 7. in 2. consilio 4. n. 7. Antonius Cucus lib. 3. instit. maiorum tit. 1. n. 56. c. 77. Azor lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 7. Manuel 2. tomo summe. c. 8. n. 13. conclus. 12. c. quast. regular. tomo 3. in q. 17. ar. 12. Et idem bene docet Francus ibidem de contentu vacanti Praelato. posset enim nomine Praelati futuri admittit ad professionem, & eo postea ratam eam habente valeret. Dicunt autem omnes hi cum rati habitionem tunc profertur, quando nomine potentes acceptare, est acceptata professio. Nam si eius nomine acceptata non sit, nil eius rati habitio subsequens proderit. Nemo enim ratum habere potest quod suo nomine gestum non est. Et ita docent Angelus verbo professio. n. 1. Tabiena, Armilla, Azor proxime allegati. Incipiet autem valere professio illa a tempore quo rata habita fuerit a superiori; quare matrimonium ante eam rati habitioem initum valeret. Quia cum ad professionem valorem desideretur consensus profertentis, & habentis legitimam acceptandi potestatem, posterior hic consensus deest ante eam rati habitioem. Ergo ab eo solo tempore, quo professio rata habetur, valere incipit. Atque ita docent Innocentius, Host. Ioannes Andreas, Anchar. Angelus vtroque loco, Rosella, Manuel vtroque loco, proximè allegati, Sylu. verbo religio. 3. q. 14. sine. q. 16. sine. q. 18. disto. 2.

Tandem dabitur, an quando professio fuit ex parte emittentis irrita, sufficiat nouus eius consensus adque noua Praelati admisionem, & qualis debeat esse hic consensus: De qua questione late egimus lib. 7. de matrim. disp. 37. n. 59. vsque ad 66. & ideo in summa repetemus ibi dicta, remittendo illuc probationes, & allegationes. Et quidem primo certum est, ad veram illius irrita professionis ratificationem, & vt ea conualecat, desiderari vt profertus scien: professionem fuisse irritam, illam denuo ratam habeat: quod late probauimus ea disp. 37. n. 59. Secundo, circa nouam monasterij acceptationem, eam quoque desiderari cum scientia nullitatis prioris professionis, tenent aliqui quos allegauimus ea disp. 37. n. 62. c. 63. & Manuel quast. regularibus. tomo 3. q. 17. ar. 3. Quod esse satis probabilè diximus ea disp. 37. num. 60. 61. c. 62. At si ibidem distinximus, si prior professio non fuit irrita ratione inhabilitatis profertentis, sed quia fuit, aut metu, aut dolo eam irritantibus emissa est, probabilis ereditur eam n. 60. c. 61. non desiderari nouam monasterij acceptationem. Quando autem fuit irrita

hrita ratione inhabilitatis, siue temporalis, vt quia defectu legitima aetas, aut integer probationis annus, siue perpetua, tanquam probabilis iustumus ibi. n. 62. 63. c. 64. esse necessarium nouum conuenus acceptationem, vt prior illa professio post impletam legitimam etatem, aut nouitatum experitum, aut impetratam inhabilitatis dispensationem, conualecat. At satis probabilè diximus non desiderari, sed sufficere nouum profertur consensum. Quod inuenit tenere Syluestrum, quem ibi non retulimus, verbo religio. 3. q. 1. sine, vbi ait professionem facti tempore furoris emissa, & ita tempore inhabili, conualecere per solum illius ad sanam mentem restitutum consensum, quando conuenus furiam ignorauit. Eadem etiam dispensatione 37. n. 65. tradidimus medium facile ad impetrandum nouum conuenus consensum, si quis eam partem vt desideret, amplecti velit. Atque n. 66. probauimus non esse repetendas carcerationes in professione adhiberi solitas. Et num. 67. c. 68. egimus an hic omnia prioris professionis irrita antiquitatis iura tenere licite valeat.

SVM MARI V M.

Professio an sit irrita defectu intentionis profertendi, aut se obligandi, aut quando profertur se habuit negatiue, aut quando ex errore, aut dolo, aut metu, iracundia, aliave animi perturbatione emissa est? n. 82. Quid si finis fuit malus, aut iudicialis, aut assequivem temporalem, aut mixtum? n. 83. An professio sit irrita non praemisso examine nouitae, an libere profertur, & quando id praemittendum sit? n. 84. An sit irrita eo quod aliquod ex tribus votis non emittatur? num. 85. An sit irrita facta in religione reprobata, aut quando non illi specialis religio, sed religio in genere obligat? n. 86. An valeat emissio sub conditione de praesenti, praeterito, vel futuro, honesta, turpi, impossibili, necessaria? num. 87. An facta sub conditione de futuro, sua valida euenienti conditione, atque nouo consensu, quamuis profertur sit inhabilis, sitque conditio, si Pontifex dispenserit? n. 88. An matrimonium ab illo initum ante conditionis euentum valeat? num. 89.

An sit duplex professio in diuersis religionibus sub conditione, & vtraque conditio simul eueniat, vel non simul, vera valeat? num. 90. An valeat cum conditio contraria eius substantiae: vt retinendi proprii, non seruanda castitas? Refertur opinio quadam. num. 91.

Explicatur sententia auctoris, & soluntur contraria. n. 92. Quid si conditio ex intervallo adueniat? n. 93. Quid si conditio non sit retinendi omnino proprii, sed alicuius peculiaris tanquam proprii? n. 94. Quid si conditio illa adueniat tanquam modus, vel simplex pactum? n. 95.

Quid si apponatur tanquam causa, vel demonstratio? n. 96. Quid si conditio sit seruanda aliquid in proprios usus de licentia superioris: & an possit superior reuocare, etsi Pontifex confirmari? n. 97. An ea referatur sit in dubio sua intelligenda? n. 98. An huic iuri sit derogatum per Tridentinum? n. 99. De aliis limitationibus, & remissu. n. 100. An valeat professio, si quis intendat non seruare tria vota, aut id exprimat? n. 101.

An valeat adiecta captatione manendi in propria domo, & postea postea superior reuocare, etsi Pontifex pactum confirmet? n. 102. Post n. 101. inuenies omnia summaria, quae desunt.

82 Quæstio tertia. Quando professio sit irrita ob defectum in ipsa professione contingentem? Primus defectus est, quando desuit voluntas promittendi, aut se obligandi, aut metu negatiue se habuit profertentis. Sed de hoc egimus lib. 4. c. 1. n. 27. Vel quia consensus fuit per er-

rorem, aut dolum: de quo, & quando vota biennij in Societate Iesv emissa, per hac irritentur, egimus lib. 4. c. 2. n. 4. Vel quia per metum: de quo egimus eodem lib. 4. c. 1. n. 3. Vel quia ex ira, aliave animi perturbatione professio facta est: de quo egimus eodem lib. 4. c. 1. n. 2.

Secundus defectus est, ratione indebiti finis ad quem ordinata est professio: quia aut ille est malus, & de hoc egimus lib. 4. c. 6. n. 14. Aut quia est indifferens: aut consequitio alicuius rei temporalis, & de hoc egimus c. 7. n. 16. Aut quia fuisse plures fines, & alter fuit ineptus; & de hoc egimus c. 10 n. 15.

Tertius defectus est, quod professio monialis non fuerit emissa praemisso duplici examine ordinarij, quod petit Tridentinum seq. 25. de regular. c. 17. quando maior duodecim annis ingreditur religionem, vel vnico, quando ea ætate minor ingreditur. De quo examine late egimus lib. 4. c. 18. n. 32. c. 17. ubi sequemur: vbi & declarauimus quando sit praemittendum. Et quidem dicendum est, non reddi irritam professionem ex hoc defectu. Quia etsi Tridentinum id examen professioni praemitti iubet, at eam aliter emissam non reddit irritam. Vt solet explicare quando id vult, & fecit in alio casu, eadem sententia. c. 15. & ita docet Menochius consilio 396. n. vltimo, volum. 4. Erit tamen peccatum eam non praemisso illo examine profertur. Nec ipsa sola peccat, sed etiam Abbatisa, vel Praelatus admittens professionem. Quippe quamuis Tridentinum de sola professura loquitur, at cum suscipere, & dare sint correlatiua, licet etiam penalis, & correctoria disponens in vno correlatum, censetur idem disponere in alio, in quo est eadem ratio; vt ex multis probat Euerardus in suis topicis, loco 3. correlatum. n. 7. 8. c. 9. Et id etiam constat ex eodemmet Tridentini decreto, in quo iubetur Abbatisa ante mensuram proximam professionem, certiore facere Episcopum, sub pena suspensionis ab officio, quamdiu Episcopo videbitur. Atque ita docent Nauar. summa theologiae. c. 12. 8. ad diuisione penultima ad n. 143. c. 25. & Manuel, bene addens, hoc peccatum Abbatisae, vel dantis professionem absolute hoc examine, esse mortale; in 2. tomo summae. c. 8. n. 3. conclus. 2. column. 2. Quamuis autem Tridentinum id duplex examen petat, maiori duodecim annis ingrediente religionem: at vsu iam receptum est, vt vnico puellae quacumque ætate ingredienti praemittatur, nimium, quando professura est, vt bene docet Manuel quast. regularibus. tomo 3. q. 12. ar. 2.

Quartus defectus est, quando non praemittuntur omnia tria vota, paupertatis, nempe, castitatis, & obedientiae. quae de professionis substantia sunt: sed aliquid ex illis non praemittitur. In quo euenit etsi aliqui censent valere professionem, quos retulimus lib. 7. de matrim. disp. 25. num. 21. at contrarium eo n. 22. c. n. ultimo approbauimus multis citatis.

Quintus defectus est, si professio fiat in religione reprobata. Quia ea valere nequit, cum in sola religione per Sedem Apostolicam approbata possit valide emitti. Quare dicunt Palud. q. 4. 38. q. 4. ar. 2. n. 30. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. in sine principij, Sylu. verbo religio. 3. q. 10. ea vota non obligare illi specialis religioni in qua emittuntur, sed religioni in genere. Sed iam c. praecedenti. n. 18. probauimus, professionem obligantem soli religioni in genere, non esse veram professionem, sed vim solius voti simplicis habere. An verò verum sit in vniversum professionem irritam habere vim voti simplicis, dicemus n. 104. & 105.

Vltimus defectus est, si professio illa sub conditione emittatur. Et quidem si conditio sit de praesenti, aut de praeterito aut de futuro, necessaria tamen, vel impossibilis, vel contingens, vel honesta, vel turpis, non tamen contra professionis substantiam, est omnino idem dicendum, quod late diximus lib. 4. c. 13. de voto simplicis similibus conditionibus affecto. Quia eadem profertur est ratio. Et constat posse professionem esse in pendenti ex futuro

futuro euentu. Nam quando acceptatur a non habente potestatem nomine illam habentis, pendet ex futura habentis potestatem rathabitione, & ex tunc incipit esse firma; sicut n. 80. probauimus.

88 Duplex tamen difficultas est hic discutenda. Prior est, an professio emissa sub conditione de futuro, quae valide apponitur, eiusque obligatio non suspendit, adueniente conditione, statim abscie nouo alio consensu valeat? Vt si quis in religione sic proficetur: promitto paupertatem, & c. si pater meus crastina die voluerit, an volente patre crastina die maneat professio valida, absque nouo alio profertentis, aut religionis consensu? Multum negotij faceret nobis haec quaestio, nisi in simili forma illam disputassemus lib. 5. de matrim. disp. 8. a n. 3. vbi late disputauimus an matrimonium sub similibus conditionibus initum efficiatur validum adueniente conditione, absque nouo alio consensu. Et ideo summam hic repetendo dicam, remittendo quae probationes ad illum locum. Sicut ergo in simili matrimonio, siue persona sint habiles ad inendum illud, siue inhabiles absque dispensatione, & conditio sit, si Pontifex dispensauerit, est duplex sententia. Prior air, non esse matrimonium impleta conditione, sed desiderari tunc nouum consensum; & potissimum quando contrahentes sunt tunc inhabiles. Quam retuli ea disp. 8. num. 9. & num. 3. dicens esse probabilissimum. Posterior autem tenet, in vtroque casu perfici matrimonium adueniente conditione, absque nouo alio consensu, dummodo prior non sit per contrarium actum mutatus. Quam retuli ea disp. 8. num. 4. & 10. atque eam tantum multo probabilior sequitur ibi sum, & argumentis contrariis fatistice ibi. num. 8. & 11. Ita in professione potest eadem duplex sententia locum habere. Et quamuis vtraque sit probabilis, at probabilior existimo, eam professionem conditionalem effici in vtroque casu omnino validam, eo ipso quod conditio impletur, absque nouo alio consensu, dummodo nec religio admittens, nec professio priorem consensum mutent. Quod ex rationibus ibi adductis probatur: eadem enim militat in hoc casu.

89 Hinc deducitur, si ante conditionis euentum hic ineat matrimonium, id fore validum: sicut si post. Quia ante illum non erat consummata professio, sed pendens a futuro euentu: post illum est consummata; sicut idem probauimus in matrimonio, eadem disp. 8. n. 7.

90 Secundò deducitur, quid dicendum sit ille in duplici religione proficteatur sub similibus conditionibus, & vtraque conditio simul impletur. Dicendum enim est, sicut in matrimonio diximus eadem disp. 8. num. 15. & 16. contra duas sententias ibi n. 13. & 14. relatas, vtramque se mutuo impedire, & ideo neutram valere: impleta tamen prius altera conditione, valebit professio sub illa emissa, siue prior, siue posterior fuerit, & altera conuenit.

91 Posterior difficultas est, an religionis professio irrita fiat, adiecta conditione contraria eius substantiae: vt, dummodo profertentis proprium retineat, vel non teneatur ad castitatem, aut nuptia suo, & arbitrio viuatur: Quamuis Iason statim allegandus referat quinque sententias, at omnes ex ad duas potissimas reducitur, ceterae sunt quaedam eorum limitationes, & ita tanquam limitationes apponeuntur, & de earum veritate disputabimus. Prior sententia air, eam professionem fore validam, & reici conditionem tanquam eius substantiae contrariam. Dicitur ex c. finali, qui clericus, vel vna. vbi Pontifex definit firmam fuisse professionem cuiusdam mulieris emissam cum ea conditione, vt in domo sua cum omnibus suis bonis maneret. Secundò, potest hoc probari ex testibus quos adduximus lib. 5. de matrim. disp. 9. n. 1. ad probandum conditiones contra matrimonij substantiam non illud irritum reddere. Et ideo hanc sententiam tenent Glossa aub. ingressi, verbo de iudic. C. de sacros. Ecles. & aub. de monachis, collat. 1. §. illud quoque voluerit: &

c. solet, verbo nolint in fine. 32. q. 2. vbi Archid. ad finem, & ibi Bellamera n. 3. Lapis allegatione 12. 7. n. 17. & ibi Mandosius in addit. litera Z. Innoc. c. 1. n. 3. de condit. appof. Ioan. Andr. addit. ad Speculatorem. tit. de statu monachorum. §. qualiter concipiet libellum. q. 48. n. 54. verbo quasitum: & c. finali. n. 9. de condit. appof. & ibi Anton. n. 8. Cardin. num. 4. Praepof. n. 8. Alexander de Neuo n. 33. fine. Henricus n. 14. & 15. Imola Clem. finali. n. 8. de regular. & c. cum M. n. 41. de consue. vbi Felinus n. 75. Ripa n. 82. Baldus triplici loco, Ioannes de Phano, Angelus, quos refert Iason dicta aub. ingressi. n. 30. & eam ipse sequitur ibi. num. 37. Bernardus Diaz regula 521. num. vnicò. Gregor. Lopez l. 2. verbo proprio. tit. 7. p. 1. & est satis probabilis.

Posterior sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo) ait eam professionem esse irritam. Dicitur, quòd conditio contraria substantiae matrimonij canalit reddat ipsum irritum. c. finali, de condit. appof. Ergo idem erit in matrimonio spirituali per professionem inito. Nec valet discrimen quod contrarij auctores inter vtrumque constituunt, nempe, quod in matrimonio carnali coniuges quibus per illud obligatio principaliter acquiritur, conueniant conditioni illi, ac proinde tanquam legitime admissa non est reicienda, sed si matrimonij substantiae repugnet, illud irritum faciet. At in matrimonio spirituali Deus qui principaliter obligatio comparatur, non admittit conditionem illam, & ideo tanquam non admissa reicitur profertus, & manet professio absoluta, & valida. Verum haec differentia conuenit, quia Deus non immediate se ipso acceptat professionis obligationem, sed medio Prelato, qui in acquirendis potest nocere. Item quia esto soli Deo fieret professio, cum illa emittitur sub conditione illa, & non aliter, ex eo quod Deus conditionem non acceptet, sequitur potius professionem conuenire: vt pote quae non aliter est profertentis voluntate profecta est, quam sub illa conditione. Professio enim omnes obligationis suae vires ex profertentis voluntate assumit. Et ideo votum simplex emissum cum conditione contraria eius substantiae, probauimus esse irritum lib. 4. c. 2. §. 10. Secundò, ex eadem uerse, insuper, de conuers. coniug. vbi dicitur valere professionem, est profertentis ante ingressum professus sit velle se retinere proprium: eo quod tempore professus illam pure, & simpliciter emiserit. Ergo a contrario sensu non valet, si conditio illa tempore professionis adieceretur. Tandem quia rationes contrariae non obstant. Nam textus c. finali, qui cler. vel vna. declarat ibi n. 97. Ad alios textus respondimus lib. 5. de matrim. disp. 9. fine. Et ideo hanc sustinent Glossa l. per seruum. 14. verbo inuile. ff. de resu. & habitat. & c. 2. verbo administratione, de statu monachorum. & c. finali, verbo contra, ad finem, de condit. appof. Speculator tit. de statu monachorum. §. qualiter concipiet libellum. q. 48. n. 54. Bartolus authentica ingressi. num. 29. C. de sacros. Ecles. & ibi Decius n. 21. in intro. & num. 22. fine. Paulus ibi. n. 19. Salycetum num. 5. Abbas c. finali. num. 6. qui cler. vel vna. & c. finali. num. 7. de condit. appof. Cardinalis Clem. finali. num. 6. q. 6. de regular. & ibi Anchar. num. 5. Paulus de Eleazar, & Ioannes de Ligna. ibi. ad finem. Palud. 4. d. 26. q. 3. ar. 2. num. 10. Adrianus 4. vbi de matrim. dubio 9. §. sed pro solutione, omisso variatibus. D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 3. in principio, vbi professio expressa cum mala intentione. Rosella verbo religio. 2. n. 11. Angelus verbo religio. num. 19. Syluest. verbo religio. 3. q. 6. 7. & 8. Tabiena verbo religio. 20. num. 21. & ibi Armilla num. 8. & verbo professio. num. 1. Nauar. lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de regularibus. consil. 20. num. 5. in 2. tit. de statu monachorum. consil. 14. n. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. num. 18. Minchaca de successione creatione, lib. 3. §. 21. num. 177. Antonius Cucus lib. 3. institutionum maiorum. tit. 1. num. 128. Spino speculo testamentorum, glossa 12. principali. num. 12. Hamada l. 7. tit. 7. p. 1. glossa 1. n. 2. Salzedo addit. ad regulam 521. Bernardi Diaz. Gratian. regula 520. n. 2. Cauallos in suis quæst. practica. q. 83. num. 1. Azor lib. 12. in sit. moralium. c. 5. q. 2. & lib. 11. c. 15. q. 9. Manuel quaest. regular.

regular. 3. como, quaestione decima septima, articulo sexto. 93 Temperatur tamen haec sententia primò, quando ea conditio adiecta est tempore quo professio emittitur. Nam ex intervallo quantumvis modico appofita non nocet, sed reicitur manenti firma professione. Quia statim ac professio emittitur, eius obligatio perfecte acquiritur Deo, & monasterio. At obligationi perfecte, & iam consummatae nulla conditio, nullamve onus adici potest; vt probauimus in matrimonio carnali, in quo eadem est ratio, lib. 5. de matrim. disp. 6. num. 3. Atque ita docent Glossa l. per seruum. 14. verbo inuile. ff. de resu. & habitat. Anton. c. finali. num. 8. de condit. appof. & ibi Praepof. num. 8. Bartolus, Salycetum, Gratian. Cauallos, Salzedo n. precedenti allegati, Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 8. & 18.

94 Secundò temperatur, quando conditio esset retinendi omnino proprium, & libere acquirendi in voto superiori. Quippe hoc est contra religionis substantiam. At si conditio esset de limitata paupertate, vt, dummodo retineam domum vt propriam cum bonis iam acquisitis, valebit professio conditione reiecta, si repugnet substantiae professionis illius peculiaritatis religionis in qua emittitur: quamuis non valebit id votum paupertatis, & ideo virtute illius non tenebitur profertentis ad pacisam paupertatem, sed virtute regulae. Quia compellitur ad ea seruanda quae ceteri religiosi seruari tenentur. Ita docet Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 18. Dicitur, quod est sine de essentia religionis paupertas, & castitas; at possunt haec esse limitata manente religionis essentia. At haec limitatio non placet. Quia hic per illam professionem non fit obligatio religioni in genere, sed huic peculiarit. Si ergo conditio adiecta est contra substantiam professionis in ea peculiaritatis religione, eam irritam reddet. Haec enim peculiaritatis professio consistere nequit cum illa conditione. Praeterea, quia fatetur Couar. ibi id paupertatis votum non valere quoad omnimodam paupertatem, sed quoad solam illam specialem promissam. Ergo nec valebit illa specialis professio; cum de eius essentia sit, vt emittatur valide de tribus votis, vt diximus n. 85.

95 Tertio temperatur, dummodo conditio contraria substantiae professionis apponatur tanquam conditio, vel tanquam pactum, ita vt eo secluso non sit intentio se obligandi. Si enim apponatur tanquam modus, vel simplex pactum, valebit professio conditione reiecta. Vt si sub hac forma fiat: profiteor paupertatem vt retineam proprietatem bonorum. Et potest probari ex his quae adduximus lib. 5. de matrim. disp. 19. n. 4. ad probandum non vitari matrimonium carnale adiecto modo eius substantiae contrario. Et Doctores ibi allegati id tenentes in matrimonio carnali, tenebant idem in professione; cum sit eadem ratio. Atque in propriis terminis tradunt Bartolus aub. ingressi. n. 29. C. de sacros. Ecles. & ibi Paulus n. 19. Salycetum n. 5. Antonius c. finali. num. 8. de condit. appof. & ibi Praepof. n. 8. Nauar. lib. 3. consil. in 1. editione. tit. de regularibus. consil. 20. n. 5. in 2. tit. de statu monachorum. consil. 14. num. 5. Alij dicunt tunc non vitari professionem, sed transire in abam speciem. Ducuntur ex l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis, vbi deciditur, donationem causa mortis cum pacto, vt donantij non sit integrum reuocare, quod est eius substantiae contrarium, non vitari omnino, sed transire in donationem inter viuos, & partialem, causa mortis, explicari, occasione mortis. Quare hic ita profertentis obligatur monasterio in omnibus, praeterquam in reternatis in modo illo, vel pacto: & erit quali oblatum monasterio. Ita docent Abbas c. finali. n. 6. qui clericus, vel vna. Angelus verbo religio. n. 19. Syluest. verbo religio. 3. q. 8. At dicendum est, vitari professionem, & esse irritam, adiecto eo modo, vel pacto, vt probauimus in matrimonio carnali, c. a. disp. 19. n. 5. & Doctores id tenentes ibi relati, tenebant quoque hoc. Atque in propriis terminis docent Decius ex aub. ingressi. num. 23. Rubens, quem refert, & sequitur Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1.

num. 18. Salzedo addit. ad regulam 521. Bernardi Diaz. Nec etiam placet quod Abbas cum sequacibus tradidit, nimirum, transire eam professionem in alium contractum. Atque id improbat Alexander de Neuo c. finali. n. 15. qui cler. vel vna. Iason dicta aub. ingressi. num. 56. Tum quia est noua monachatus species nullo iure inuenta. Tum etiam quia textus cui ij Doctores iniruntur, id non probat. Quippe est maxima similitudo inter donationem inter viuos, & causa mortis, ob quam iure statutum est, vt adiecto pacto contra viuos substantiam vna transeat in alteram. At professus est valde dissimilis ab oblato religioni: nec is transitus est iure statutus.

96 Quod si conditio illa solam ponatur tanquam causa vel demonstratio, non reddet irritam professionem, est falsa sit: vt, profiteor in hac religione, quia, vel quae permittit habere proprium. Atque ita sustinent loquentes quando est causa, Anton. & Praepof. allegati in precedenti. Et tam de causa, quam de demonstratione id probauimus in matrimonio carnali, in quo est eadem ratio, lib. 5. de matrim. disputat. 19. num. 1. vbi id limitauimus, nisi error ille falsae causae, aut falsae demonstrationis redundaret in errorem personae. Tunc enim redderetur irritum matrimonium. Et similiter in presenti, si redundaret in substantialem religionis errorem, esset irrita professio.

97 Quarto temperatur, quando conditio esset retinendi proprium quoad dominium, cum libera vtendi facultate, & independenter a superioris facultate: secus autem esset quando vsum solum sibi reseruaret profertentis pro suis necessitatibus ex superioris licentia, eiusque nutu reuocabilem. Tunc enim valet professio, nec conditio reicitur. Quippe in nullo pugnat votum religionis substantiae. Atque ita intelligitur pactum illud retinendi res suas in propria domo, quod in professione sua fecit mulier illa, de qua fit mentio c. finali, qui cler. vel vna. Atque ita docent Glossa ibi, verb. vt in domo, & ibi Innoc. n. 2. Ioan. Andr. n. 9. Abbas n. 6. Bartolus aub. ingressi. n. 29. C. de sacros. Ecles. & ibi Paulus n. 18. Decius n. 10. Ioan. n. 37. Imola l. vbi ita donatur. n. 4. ff. de donat. causa mortis. Paulus. D. Antoninus, Angelus, Tabiena, Couar. Salzedo, Humada, Gratian. Cauallos, Azor vtroque loco, Manuel, allegati n. 92. Syluest. verbo religio. 3. q. 8. Nauar. commentario 2. de regular. n. 16. Quare immittit hoc impugnat. Anton. c. finali. n. 8. de condit. appof. Duciturque, quia est non sit contra religionis substantiam, habere vsum alicuius rei de superioris licentia, est tamen eum habere tanquam ex pacto sibi debitum. Sed bene respondet Decius proximè allegatus, id verum habere, quando ita ex pacto deberetur, vt monachus actionem contra superiorem acquireret, ita vt superior eum vsum reuocare nonquiret. At Doctores allegati loquuntur, quando ius superiori manet ad reuocandum. Quod idem fatetur idem Anton. c. finali. n. 9. qui cler. vel vna. & ibi Praepof. n. 6. Dum autem diximus posse superiorem reuocare, intelligitur nisi id pactu esset a Pontifice confirmatum; vt bene docet Nauar. proximè allegatus. Quamuis autem superiores religionis non possent reuocare, non esset contra religionis substantiam. Quia ipse Pontifex, qui licentiam concessit, potest reuocare.

98 Atque in dubio reseruatum aliquorum bonorum tempore professionis a religioso facti, est hoc modo intelligenda, nempe quoad vsum ex licentia Abbatis, ob ipsòque reuocabilem. Et ita valebant professio, & conditio. Et ratio est, quia in dubio non sunt interpretanda verba alicui contractu adiecta, ita vt eius naturae repugnent, immo potius iuxta eius naturam. Isti vero in principio, ff. de damno infecto. & l. damni infecti quidam in principio, ff. de damno infecto. Et verba quamuis ea in sensu improprio vultur opus sit, sunt potius accipienda in eo sensu, vt actus valeat. C. Abbas, de veri. signis. l. quibus ff. de verb. obligat. Atque ita docent Bartolus, Abbas, Paulus, Angelus, Syluest. Tabiena, Couar. Gratian. Salzedo, n. precedenti allegati. Nec

97 Neciuri huic communi derogat Tridentinum *ss. 25. de regular. c. 2.* Quia ibi solum statuit ne monacho concedantur bona stabilia etiam ad usufructum, vt ea tanquam propria, nec a superiori reuocabilia habeat. At pactum quod iure communi approbatur, *cf. finali. qui cler. vel vau. est.* quando vltis referatur potest ad superioris reuocari, vt diximus n. 97. Et ita docent Nauar. *commentario 2. de regularibus. n. 16.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 5. 7. 2. sine.*

100 De aliis limitationibus, quae possent apponi, sumpto argumento à matrimonio carnali, in quo ab aliquibus apponuntur, consulenda sunt quae diximus *lib. 5. de matrim. disp. 9.* vbi late de illis egimus.

101 Ex dictis deducunt aliqui, non valere professionem, si profertur exprimat se nolle feruare castitatem, quantumcumque illam promittat: quamvis valeret eo non expresse, etiam si non intendet feruare castitatem, dummodo vellet se ad illam obligare. Ducuntur, quia quando non exprimit, sed in mente reuocet se nolle feruare castitatem, id non obstat valoti professionis: eo quod non sit de eius essentia velle tria vota feruare, sed velle se ad ea obligare. Quando autem tria vota exprimit, non valet professio: quoniam multa expressa nocent, quae tacita non nocent. Ita docet Palud. *4. d. 26. q. 3. ar. 2. num. 10.* D. Antonius *3. p. 11. 16. c. 3. in principio. versic. professio expressa cum mala intentione.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 6.* Immo Artimilla *verbo religio. num. 8.* ait siue intendat non feruare castitatem, siue id exprimat, non valere professionem. At haec doctrina mihi displicet. Et ideo existimo, solum non seruandi tria vota intentionem, quantumcumque verbis expressam, minimè reddere irritam professionem. Quia obligatio voti non petit intentionem id seruandi, sed quantumcumque ea desit, obligabit existente voluntate promittendi, & se obligandi (vt probauimus *lib. 4. c. 1. n. 23.*) Nec expressa nocent, aut valori voti obstant, quando non sunt contra eius substantiam.

102 Tandem deducitur, valere conditionem in professione appositam manendi in propria domo: nec ob illam vitari professionem. Quia esse intra monasterium, non est de religionis substantia: vt probauimus c. precedentium. 12. Atque ita colligitur ex *cf. finali. qui cler. vel vau.* vbi id pactum professioni adiectum approbatur: & docent Angelus *verbo religio. num. 19.* Sylu. *verbo religio. 3. q. 8.* Tabiena *verbo professio. sine. Nauar. commentario 2. de regular. n. 16.* Emmanuel *Sa. summa. verbo religio. n. 6.* Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 5. q. 2.* At poterit postea superior reuocare, et si non debeat absque iusta causa; vt bene docent Angelus, Sylu. & Nauar. ibidem. Qui bene limitat, nisi Poutifex id pactum confirmare; vt in simili diximus n. 97. sine. Nec hoc est reuocatum per Tridentinum; vt bene docent Nauar. Emmanuel *Sa.* Azor ibidem. Si tamen expresse deducatur in pactum, ita integrum fore profertur, in propria domo manere, vt nullatenus a superiori reuocari possit, non valet professio. Quippe esset contra obedientiam votum, & ad proinde contra religionis substantiam. Sicut pactum habendi proprium a superiori non reuocabile, est contra votum paupertatis: ac proinde sicut per hoc redditur irrita professio, ita & per illud.

S Y M M A R I V M.

An professio irrita defectu actus, aut nouitatus, valeat. vt votum simplex? n. 103.
Quid si ex aliis causis sit irrita? n. 104. & 105.
An professio hic tenetur sub Episcopi obedientia esse, quando nulla religio vult eam admittere? n. 106.

103 QVÆSTIO vltima. An in predictis omnibus euencibus toto hoc capite enumeratis, in quibus professio solennis est nulla, obliget illa vt votum simplex? Et quidem quando est nulla defectu legitime ætatis, vt

quia ante pubertatem emissã est: quantum attendere iure antiquo nonnulla esset difficultas, an ea professio ligaret tanquam votum simplex? etiam affirmat Anton. *c. postulat. in fine. de regular.* At verior opinio erat, eam omnino cassatam esse ab Ecclesia, ita vt nec voti simplici vim haberet. Quod colligitur ex *c. 1. de regular. in 6.* vbi dicitur, posse hunc libere ad seculum redire. Quod verum non esset, si voto simplici ligaretur. Atque ita docent Caiet. *2. 2. q. 88. ar. 9. paulo post principium. in 3. notabili.* Sotus *lib. 7. de iust. q. 3. ar. 2. columna penultima. versic. nihilominus.* At hodie attendo decreto Tridentini *ss. 25. de regular. c. 15.* certissimum est, professionem ante sexdecim annos expletas, & integrum nouitatus annum, siue in monasterio virorum, siue feminarum, omni profus obligandi vi destitui, perinde ac si profus facta non esset. Sic enim expresse ibi deciditur.

Sed difficultas est, quando ob alias rationes professio est irrita, an vim voti simplici habeat? Et communissima sententia ita affirmat. Dicitur ex *consultis. qui cler. vel vau.* vbi de quadam femina velamen suscipienti à carente potestate admittenti ad religionem, sic dicitur, *habitus sine professione suscepit, non contrahit impedimentum, sed contractum nequaquam dissoluit.* Quem textum est Glossa ibi, verbo presbyteri, intelligit de habitu nouitiorum susceptione: at iure optimo eam reprobas Abbas *ibi. n. 3.* Quia cum susceptio habitus nouitiorum ad nil obliget, non impedit matrimonium contrahendum. Vnde ait intelligi de habitu professorum, cuius susceptio de manu potentis ad professionem admittente, inducit professionem tacitam; fuit autem irrita professio defectu huius potestatis: & ideo deciditur in textu, inde voti simplici non dirimitur, sed impediens matrimonium, obligationem confurgere. Et ita quoties defectu potestatis in admittente est irrita professio, manere profertem obligatum Deo vi voti simplici, docent Speculator *tit. de statu monachorum. §. qualiter concipiet libellum. q. 19. n. 2. 4. sine.* Innoc. *c. porrexit. n. 4. & 5. de regular.* & ibi Antonius n. 9. & 10. Anchar. n. 4. 5. 6. Henricus sine. Abbas *dicto. consultis. n. 3.* & ibi Alexander de Neuo n. 9. Tabiena *verbo nouitatus. q. 8. n. 9. sine.* Atque Nauar. *libro 3. consultis. de regular. in 1. editione. consilio 18. sine. in 2. consilio 19. sine.* ait hunc obligari tribus votis simplicibus. Et quando professio fuit irrita secundum opinionem n. 37. reiam, eo quod excommunicatus virtute rescripti Apostolici professus sit, dicitur eam obligare tanquam votum simplex ad religionem in genere, Dominicus *c. 1. n. 18. de rescriptis. in 6.* Felinus *cf. finali. n. 3. de exceptis. V. g. in de consensu. tabula 2. c. 20. initio. n. 5.* Sayro *retracto casuum. lib. 2. c. 9. n. 19.* Præterea quando professio est irrita, eo quod in religione reprobata sit emissã, dicunt aliqui Doctores obligari hunc religioni in genere, atque ita ligari simplicibus religionis voto (vt retulimus n. 86.) & Azor *lib. 12. instit. moralium. c. 1. q. 3. sine.* ait seruum cuius professio fuit irrita, tenet simpliciter castitatis voto, quo se ligare potuit. Quae omnia probantur aperte ex *c. quidam. & c. placet. de conuer. coning.* vbi deciditur, irritam coniugati professionem obligare tanquam simplex castitatis votum, ad non petendum debitum, ad quod solum se obligare potuit. Quae decisio innititur regule tradite *c. unico. de desponsat. impub. in 6. §. idem quoque,* nempe, quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo quo valere potuit. Quae ratio decidit ibi, matrimonium impuberis quod defectu ætatis non valet, vim sponsalium habere, quae ea ætate contrahi possunt. Similiter ergo quando professio est irrita ex aliquo defectu, nec ius ita ipsam irritam reddit, vt omni profus obligandi vi eam destituit, obligabit instar votorum illorum trium simplicium. Quia ille potuit se simplicibus paupertatis, castitatis, & obedientiae votis ligare. Præterquam quando professio fuit irrita ratione coniugii, aut seruitutis, in quo casu probauimus n. 49. non teneri seruum, & coniugatum

coniugatum voto religionis, etiam quando sui iuris fuerint.

101 Et haec sententia est verissima, intellecta cum hac limitatione, nempe, nisi inualidè profertur voverit illa tria vota ex immediato manendi in religione sine, tunc enim censetur voveri dependente ab illius professionis valore, & ideo virtute talis intentionis ad nil voluit se obligare, existit illa professio irrita. Quare vt maneat simpliciter voto ligatus, oportet vt habeat intentionem se obligandi illis votis in professione emissis independentem ab ipsa, vel saltem non restringendo intentionem ad vota solemnia. Atque eam intentionem præsumunt iura, vbi de contraria non constat (vt n. precedenti probauimus.) Et ideo præsumunt hunc votis simplicibus manere ligatum. Atque quando dubium esset de hac intentione, standum est in vtroque foro hac iuris præsumptione; sicut probauimus *lib. 1. huius tractatus. c. 10. n. 18.* Et ad hanc limitationem confert quod diximus *lib. 7. de matrim. disp. 32. n. 1. 3.* ex doctrina Gregorii Lopez, nimirum, coniugium vouerit in seculo castitatem, vt alter possit in religione profiteri, manere à voto liberum, si alter non profiteatur. Quod ex vouerit sine tacita intentio deducatur obligandi se, si subsequatur alterius professio, quae eius voti finis fuit.

106 Nec approbo quod tradunt Innoc. *c. porrexit. n. 6. de regular.* & ibi Anchar. n. 6. vbi dicitur, profellum in manibus non potentis professionem admittente, nec inuenientem religionem eum admittente volentem, teneri viuere sub Episcopi obedientia. Quod non credo, eo quod hic non promiserit obedientiam Episcopo.

C A P V T V.

Quibus priuilegiis gaudeat religionis professio: & an iis quoque gaudeant simplicia biennij vota emissã in Societate I E S V?

S Y M M A R I V M.

An per professionem plena omnium peccatorum condonatio obtinetur? Refertur duplex sententia. n. 1.
Explicatur sententia auctoritatis. n. 2. & 3.
An professio facta in lethali, renouatur postea hic effectus? n. 4.
An per professionem renouationem, vel profertem postea in alia religione, condonatio hæc iterum obtinetur? n. 5.
An hac condonatio sit indulgentia, & vnde habeatur? n. 6.
An obtinetur per vota biennij Societatis I E S V, & iterum per renouationem, vel professionem? n. 7.
Per religionis priuilegia obtinetur indulgentia plenaria in primo ipsius ingressu, & in mortis articulo. n. 8.
An per religionis ingressum tollatur omnis irregularitas? n. 9.
An aboletur aliqua quoad exercitium ordinis antea suscepti? n. 10.
An irregularitas defectus natalium aboletur per ingressum in nouitatum? Refertur quadam sententia. n. 11.
Explicatur sententia auctoritatis. n. 12.
An aboletur per vota biennij emissã in Societate I E S V, irregularitas? n. 13.
An ligatus bis votis, aut professione, cunctis in religione reuincatur? n. 14.
An aboletur per professionem, etiam quoad effectum obtinendi prelationes, & beneficia? Refertur quadam opinio. n. 15.
Explicatur quarum verum fiat capax illegitimus per professionem, & an possit esse vicarius Episcopi? n. 16.
An salus Pontifex dispensat vt hic illegitimus fiat Prelatus, & dicitur nullatenus, aut nullo modo, quid importet? n. 17.
An illegitima possit esse Abbatisa? Refertur quadam opinio. n. 18.
Explicatur sententia auctoritatis. n. 19.
Quis in hoc dispenset? n. 20.

Summa Th. Sanchez. pars III.

An hæc Abbatisa debeat esse virgo? Refertur opinio. n. 21.
Explicatur sententia auctoritatis: & quando corrupta benedictio nequeat. n. 22.

An bigama, vel post castitatis votum præuaricata, possit esse Abbatisa? n. 23.
Quid de infanti, & infentia per professionem cesset? n. 24.
An per professionem, vel clericatum, tollatur incapacitas sacerdotij, aut naturalis ad succedendum in bona paterna? Refertur quadam sententia. n. 25.
Proprietas sententia auctoritatis. n. 26.
An per professionem tollatur mensura quoad actus temporales: & sic illegitimus testis fiat legitimus? n. 27.
Quid per simplicia vota Societatis I E S V? n. 28.
An per professionem filij cesserit patria potestas? n. 29.
An cesserit etiam in aduocato ipse filio? n. 30.
Quid per vota simplicia Societatis I E S V: & an ligatus bis votis, vel professione, & ceteris reuincatur? n. 31.
An ingratus ob quam filius exheredari potest, cessat per religionis professionem? Refertur duplex sententia. n. 32.
Sententia auctoritatis. n. 33.
Quid per simplicia vota Societatis I E S V: & an hic ligatus, aut professio, & expulsus reuincatur? n. 34.
An per professionem, & ea vota simplicia dirimatur matrimonium ratum? n. 35.

Vota in seculo facta committuntur in professionem. n. 36.
An committuntur eo ipso absque alia committendi intentione? Refertur opinio. n. 37.
Sententia auctoritatis: quo iure sit hæc commutatio. n. 38.
Quid de votis tempore nouitatus emissis? n. 39.
Quid si transiens ad aliam religionem professus, in ea demo profertur, an committuntur vota aut posteriorum professionem emissã? n. 40.

Quid si profertur votum non commutare in professionem? n. 41.
An vota etiam realia committuntur? Refertur opinio. n. 42.
Explicatur sententia auctoritatis. n. 43.
An idem dicendum sit de iuramentis personalibus, & realibus? n. 44.

Quid si iuramentum esset homini præstitum, vel votum acceptatum? n. 45.
Quid si quis promississet alteri suum votum expleri? n. 46.
Quid de herede obligato ad realia defuncti vota, an possit in religionis professionem commutare? n. 47.
An sola vota non consona religioni committuntur? n. 48.
An sola temporalia committuntur? n. 49.

Quid de voto subsidij Hierosolymæ, aut eius peregrinationis? n. 50.
An votens aliena incerta in id subsidium, possit commutare in professionem? n. 51.
An Princeps votens ire in id subsidium, possit commutare in professionem? n. 52.

An per professionem trium, vel quatuor votorum emissam in Societate I E S V, extinguatur vota precedentia, etiam post biennij vota facta? n. 53.
An per vota biennij in Societate I E S V, extinguatur omnia vota precedentia, nec sic voverit expulso renouiscant? n. 54.
Quid si hic habuit voluntatem commutandi priora vota in illa, vel in simplicem Societatis ingressum: & postea non admittatur, vel expellatur, vel ipse exeat: & an possit commutare in vota coadiutorum formatorum illa, quae post biennij vota emisit: vel in vota biennij ea quae in nouitatu post eadem vota facta emisit? n. 55.

An si vota illa priora superior Societatis irritata, aut in eis dispensata, renouiscant illa à Societate expulsi? n. 56.
An votum ingrediendi aliam religionem suspendatur per ingressum in Societatem, vel in illam committatur, vel possit ingrediendi propria auctoritate commutare: idque votum renouiscat illo egresso, aut expulso, aut nos admisso? n. 57.

PLVRIMA solemnium professionis prerogatiua à Doctoribus enumerantur, quæ in præsentis discutienda sunt. Prima est, per illam obtinetur plenitudo omnium peccatorum condonatio. Hanc negat Felinus